Quelle: http://manuscripta.at/?ID=957
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Dictorum factorumque memorabilium Athile Hunnorum Regis invicti ceterorumque ducum atque Regum Pannoniae: Annotationes 2c/

Detius Imperator e Pannonia inferiore Bubalie oriundus in Christianos seuit. Memorat Eutropius. fol. 35

Probus Imp: Clarissimus in Alma monte apud Syrmium: et in Aureo apud Mesiam superiore opera militari uineas conseruit. et prouincialibus colendas dedit. Apud eundem folio. 36

Athila Claruit anno ab urbe condita. M. cc. iiii.

Athila hunnorum Rex cum Germano suo Bleda Pannonias utrasque: Daciam: Macedoniam: Mysiam: Achaiam: et Thracias utrasque deuastat et occupat: Memorat Diaconus fol. 50

Athila fratrem suum Bledam occidit. Eodem folio.

Athile imperio paruit Ardaricus Gepidarum Rex: et Vualamir ostrogothorum. Leges eodem folio.

Athile potestati subiecti Marchomanni: Sueui: Quadi: Eruli: Turgilingues: Item Multi Reguli: et omnes fere nationes barbare in occiduis regionibus. Apud Diaconum fol. 51

Athile strategema in hostes Ro: et Gothos.

Athila in Catalaunicis cum Romanis prelium inijt: Vbi anceps prelium commissum: et c. Lxxx hominum milia cesa

Athila ob mortem Regis gothorum a filio Thorsimundo obsidione cingitur cuius desperatione: quod mendacissime fictum est, se in ignem coniecisse uoluit. Tradit Diaconus fol. 51

Athila in Pannonijs reparat exercitum: et rediens, Aquilegiam: Concordiam, altinumque ui capit, et solo equat

Athila Patauium: Vincentiam: Veronam: Brixiam: Pergamum: Mediolanum Ticinum: quod nunc Papia dicitur et c. diripit. apud eundem fol. 52

Athile Leo Pont: obuiam uenit: cuius sanctitate ueritus Romam: quod anno desinauerat non petijt. sed in Pannonias redijt. Idem fol. 52

Athila ex sanguine: qui denarijs habunde defluxit morit. in eodem folio.

Quo non post mortem Athile Vualamir ostrogothorum Rex Ardaricus Gepidarum Reges a fide Hunnorum defecerunt. Leges apud Diaconum fol. 55

Athile arcum fractum esse Martianus Imperator somniat. Apud eundem fol. 52

Hunnorum gentem a Scythis originem ducere: qui ad Meotida Paludem habitant. Memorat Regino Abbas fol. 180

De moribus Scytharum: et in bello disciplina apud eundem eodem folio.

Scythas Darium Persarum Regem uicisse: et Cyrum ad internitionem cecidisse: et Soporiona Alexandri Magni ducem fudisse. apud eundem fol. 181

Scythas Romanum Imperium audiuisse: non sensisse apud eundem eodem folio.

Hungarorum seuitiam omnes fere nationes experte: Vbi de locis que clausuras uocant. Tradit Liuprandus fol. 84

534